

Fallantur quidam Ultramontani, inter quos unus est Baldinus in prolog. ad Jus Justin. qui odio Romanæ Ecclesie, cuius hostis infensissimus fuit, asserit hanc novellam non esse authenticam, sed apocrypham; tum quia habet stylum diversum ab aliis; tum quia temporis chronologia non convenit, siquidem legitur scripta ad Joannem veteris Romæ Patriarcham sub Consulatu Belisarii, cum eo anno Agapetus Ecclesiam Romanam egeret. Verum authenticam esse prædictam novellam 9. colligitur, siquidem in omnibus exemplaribus juris civilis, quibus ætiam reperitur, & eam agnoverunt Innocentius III. hic, Joannes VIII. in c. nemo, in fo. 16. q. 4. Bonifacius VIII. in c. fin. hoc tit. in 6. Deinde quia auctores tam Græci, quam Latini, eam pariter agnoscunt, ut Julianus antecessor in novell. consilii. 8. & Auctor paratit. lib. 3. tit. 2. consilii. 4. & Inerius perveritas epitomator, qui ex ea delumpit authenticam quæ actiones, Cod. de sacrosanct. Eccles. Holloander in collect. novell. Justin. post repetitam prælectionem Codicis refert eam n. 10. Nec obstant, quod de diversitate stili expendit Baldinus; nam constat, quod ceteræ novellæ fere omnes Græce fuerunt scriptæ; hæc autem fuit Latine edita, cum in gratiam Ecclesie Latine promulgaretur: quare ea constructio non reperitur in originalibus libris Græcarum novellarum: & forsan Græci Interpretes ejus non meminerunt, præcipue auctores Basilicorum, ut quia eam abrogatam crediderunt per novellam 11. ut Julianus antecessor in epistol. novell. Justin. consilii. 8. ait, in hæc verba: „ Præfens constitutio, quæ sub Consulatu Belisarii Kalend. Maji data est, jubet quidem sacratissimam Ecclesiam Romæ eam antiquam præscriptionem solum in suis actionibus removere, nihil autem de ea latius exponimus; quia innovata est ab alia constitutione, quæ data est IX. Kal. Maji, Belisarij V. C. Consul. „ Aut quia cum editæ specialis constructio in favorem Ecclesie Romanæ editæ, quam magno odio Græci persequuntur, eam consulo omiserunt, utpote Romanæ Ecclesie favorabilem. Subscriptio autem illius novellæ mendosam esse jam agnovit Bionius anno Christi 731. sed adhuc illa retinetur, quæ si dicamus Justinianum eam constitutionem fecisse vivo adhuc Joanne; editisse vero, & subscripsisse eo defuncto sequenti anno lub Agapeto.

Ad hæc ergo constitutionem Justiniani respexisse Innocentium in presenti existimo: nec illa quæquam fuit abrogata per Justinianum in novell. 111. ut voluit Cujacius lib. 5. observat. c. 3. & fere omnes representantes in presenti existimant; verus enim est, Justinianum in prædicta novella 111. esse exaudiendum de Ecclesiis Orientalibus, ita ut per eam Imperator privilegium Romanæ Ecclesie circa centenariam præscriptionem non immutasset. Quod probatur primo, quia dicta novella 111. missa est ad Theodorum P. P. Orientis, Igitur de Orientalibus tantum Ecclesie agebat Justinianus. Secundo, quia Joannes VIII. in dicta. c. nemo, agnoscit eam novellam ut usque receptam, non vero correctam, aut abrogatam. Tertio, quia si correctæ esset per dictam novellam 111. Inerius, qui ex ea, & novella 113. deprompsit dictam authenticam Quæ actiones, non adjecisset ea verba: *Sola Romana Ecclesia quædam centum annorum spatium*; utpote nullius effectus. Igitur quia eam constitutionem adhuc vigentem agnovit Inerius. Facit etiam, quod Cujacius d. lib. 5. observat. cap. 5. expendit, videlicet quod adhuc quæ debetur post dictam novellam 111. in redemptionem captivorum, non præscribantur nisi per centum annos, quia in ea novella Justinianus de eis non meminit; & non datur major ratio pietatis in his, quæ debentur pro redemptione captivorum, aut civitatibus, circa quas ex eadem ratione admittit Cujacius hodie præscriptionem centenariam, quam in his, quæ debentur Ecclesie Romanæ. Accedit nam constructio dictæ novellæ 9. erga Romanam Ecclesiam est specialis, ut constat ex ejus epigrapha, seu summario, ibi: *Ut Ecclesia Romana centum annorum quædam præscriptione*. Et edita est ex speciali ratione in ejus initio expressa: sed specialis constructio non tollitur per generalem, ut probavi late in c. de rescripti. nec lex generalis derogat speciali, ut ibi etiam notavi. Igitur constructio specialis dictæ novellæ 9. non derogat per constitutionem generalem dictæ novellæ 111. Ita docuerunt Germonius lib. 2. de sacrosanct. c. 17. n. 42. Mela de præf. c. 4. n. fin. Pachio lib. 8. controver. c. 3. Barboia in presenti n. 2. Et si quaras, cur Justinianus in d. novell. 111. correxit jus centenariæ præscriptionis Ecclesiis Orientalibus competens, ex l. ut inter, C. de sacrosanct. Eccles. quæ missa est ad Julianum P. P. Orientis; non autem correxit dictam novellam 9. aut derogavit juri centenariæ præscriptionis, quoad Ecclesiam Romanam? Respondendo id provenire ex causis, & rationibus utriusque privilegii. Ut enim refert Procopius in histor. avens. apud Alemannum, fol. 123. cor. Priscus quidam, Suidas in præf. Emilianus, æquus erat trigentesimus, aut quadagesimus, ex quo Emilianorum Ecclesia hæc existerat Mammiano viro illustri, cum œconomi ipsius Ecclesie arte Prisci plerique confixerint instrumenta, quibus ostendebant ingentes pecunias a multis Mammiano, & per consequens Ecclesie ejus heredi deberi; scelusque sceleris adjectives, data pecunia Justiniano, vel ejus Quætoribus, legem illam extorservant, ne videlicet Ecclesiis Orientalibus alia præscriptio, quam centum annorum daretur, ut refert ex eis Cironius in parat. ad hæc instrumenta. Cum ergo male partum fuisset hoc privilegium, cre-

di potest a Justiniano ideo fuisse revocatum. Quæ ratio cum non vigeret in Romana Ecclesia, cui reverentia tantum causa fuerat privilegium illud concessum, non immutavit Justinianus constitutionem factam in dicta novella 9. & ita recte dixi Innocentium in supra relatis verbis legali provisione, referendum esse ad dictam novellam 9.

¶ Romanam. Quia illi immediate præcebat cœnobium Gaudersheim, quod intendebat sibi subjectam esse Ecclesiam Hildefensem, & dilecti 4. de confirm. utili. Unde jus hoc immediate spectabat ad Romanam Ecclesiam, alias si secundario tantum pertineret, præscriptio ordinaria sufficeret. Quo casu accipit textus in c. si de terra, cap. accedentibus, de privi. c. volumus, 16. q. 2. c. 2. de cap. monach. Balboa in presenti n. 11. Per Ecclesiam Romanam Cujacius in presenti intelligit Ecclesiam S. Petri, quod sibi persuadet ex eo, quod in c. ult. hoc tit. in 5. collect. Honorius III. indulget idem privilegium centenariæ præscriptionis Ecclesie Lateranensi, his verbis: (Sedis Apostolicæ consensit habere consilium, quæ circa omnes Ecclesias lue propendentis debet studio præcavere, quæ ipsi tanquam membra capiti coherent, specialis sibi necessitudinis vinculo sunt adstrictæ. Inde est, quod cum Lateran. Ecclesia speciale membrum Apostoli Sedis, & Romani Pontificis propria Sedes existat, statuimus, & sancimus, ut sicut contra Romanam Ecclesiam nonnulli centenaria currit præscriptio, secundum constitutiones canonicas, & legitimas sanctiones, ita quoque ipsi Ecclesie minoris temporis præscriptio non obstat.) Igitur quia tam legalis dispositio, quam canonicæ sanctiones, quæ de centenaria præscriptione loquuntur, exaudiendæ sunt de Ecclesia Romana S. Petri. Sed hæc Cujacii sententia non potest: tum quia Ecclesia Romana præcipua est S. Joannis Lateranensis, ut Honorius supra relatus agnovit, utpote in qua constantur Pontifices; & cum Roma sint quinque Ecclesie præstantiores Patriarchales, inter eas prima enumeratur Lateranensis, ut caput reliquarum. Cœbel. in notis. Cardin. c. 5. unde Basilica Lateranensis dicitur proprie Ecclesia Romana, Onuphrius tract. de Episc. simil. tum quia quoad præscriptionem centenariam non attenditur illa, vel illa Ecclesia, sed an res, vel actiones, quæ præscribantur, pertineant ad Romanam Ecclesiam, & Summam Pontificem, ut ejus Prælatum, & censuræ ratione istius, vel illius Ecclesie, ut de causa ratiocinatio Galtri Palatioli debite docetur in cap. 13. præced. Nec interest, quod Honorius in d. cap. ante, indulget idem beneficium centenariæ præscriptionis Ecclesie Lateranensi. Igitur quia ut Ecclesia Romana non competeat tale jus. Nam respondet Honorius non indulgisse hoc privilegium ipsi Ecclesie, sed ejus Priori, & Canonicis, ut constat ex epigrapha, ibi: *Triarii, & Conventui Lateranensi*. Et hoc est magnum illud privilegium, quod Honorius III. concessit Canonicis refertur Pennotus lib. 3. hist. canonic. regul. c. 52. Onuphrius lib. 5. de Ecclesia Later. cap. 2. c. 3. & jam notavit Cironius in dict. cap. ante, hoc tit. in 5. compil. Manet ergo Ecclesiam Romanam in presenti textu, & aliis, ubi de præscriptione centenaria agitur, accipi non pro certa Ecclesia Romæ sra, sed pro rebus, & actionibus Ecclesie Romanæ competentibus & debitis.

¶ Intercedentium schismatum. Consonat idem Innocentius III. lib. 4. regest. 16. ep. 173. ibi: „ Nec centenariam contra Romanam Ecclesiam præscriptionem probare, maxime si tempora schismatum subducatur. „ Quia tunc dormit præscriptio, seu quiescit; ut probavi supra in c. ex transmissa.

COMMENTARIUM.

In his duabus decisionibus relatis in presenti textu, & in c. cum ex officio, 16. infra, agitur de præscriptione centum annorum, quæ minor non procedit, nec currit contra Romanam Ecclesiam, ex d. novella 9. Justin. ubi notavit Ritherrusius in quibusdam, quas auctores, Cod. de sacrosanct. Eccles. ubi probavit, Richierius, cap. fin. 16. quæst. 4. c. si diligenti, in fine, hoc tit. cap. cum dilecta 4. de confirmat. utili. d. d. cap. ante, hoc tit. in 5. collect. Innocentius III. dicit epist. 173. cap. 2. hoc tit. in l. 26. tit. 29. p. 3. docuerunt ultra concessos a Barboia & Balboa in presenti; Cujacius hic, & de præf. cap. 34. lib. 5. observat. cap. 5. Idem in notis ad dict. epist. 173. nisi de rebus mobilibus Ecclesie Romanæ agatur, ut probat Barboia in presenti, ut de rebus ab hæreticis confiscatis, & a filiis, vel decessoribus derentis; tunc enim est ad Romanam Ecclesiam pertinentæ, per 40. annos præscribantur, cap. final. hoc tit. in 6. docent Gomez lib. 3. variis. cap. 1. num. 81. Covarr. de matr. 2. p. cap. 6. §. 8. Hæc tamen præscriptio centenaria immemoriali comparatur, si probata possessione centum annorum, de contrario facta, aut jure minime constituitur, ut ex multis resolvunt Solorz, tom. 1. de jure Indiar. lib. 3. cap. 3. num. 71. addentes ad Molinam lib. 2. de primog. cap. 6. ex num. 51. Licet tamen aliquid confundant præscriptionem hanc cum immemoriali, falluntur, siquidem immemoriale tempus prout sonat in jure, dicitur quod hominum memoria excedit, l. 3. §. dicitur, ff. de aqua quærit. cap. super quibusdam, §. præterea de v. s. Apud nos tamen ex leg. 41. Tauri, quæ est lex l. 1. tit. 7. lib. 5. respicitur, ut immemoriale tempus censetur, si testes de propria scientia pro 40. annis deponant, & de duobus auctoribus majorum. Ex quævis hæc lex in speciali casibus qua-

quatur, nihilominus retinenda est in quibuscumque probationibus immemorialis præscriptionis. Molina d. cap. 6. num. 32. c. 33. & ibi addentes, Balboa in presenti, ex n. 6. Licet autem tantum præscriptio 100. annorum tollat actiones, quæ competunt Romanæ Ecclesie, in ea tamen com-

putanda non attenditur tempus schismatis, cap. 1. hic tit. aut quod elabitur Sede vacante, cap. de quarta, hoc t. Synodus Aurel. 4. canon. 32. Ne Ecclesia in objecto veniant tempora legibus constituta, dum non extiterit persona, quæ de utilitate Ecclesie æstimator cogitaret.

C A P U T X V.

a Idem Helien. & Rossen. Episcopis.

Auditis, & intellectis attestacionibus, instrumentis, & allegacionibus in causa, quæ vertitur inter ven. f. n. Vvigionem, Episcopum, & dilectum filium tuum b Eveshamerem. Abbatem, super Ecclesie in valle de Vvisham constitutis, quas Episcopus asserit ad se diocesana lege spectare, Abbas autem eas esse ab ejus jurisdictione profus exemptas, cognovimus evidenter Ecclesias ipsas per privilegium Rom. Pont. non esse ab Episcopali jurisdictione substractas, nisi forte vallis de Evesham sit ille locus, quem a duobus Regibus, Kenredo videlicet, & Offi libertati donatum, bonæ memoria Constantinus PP. libertate donavit, sicut in istius privilegii continetur. Verum tanto tempore probatur per testes ab Abbatibus Evesham pleno jure possessæ, ut videantur in jus Episcopale legitime præscripsisse, nisi forte per tantum tempus vacasse fuisset, ut tempore e vacationis subducto, præscriptio minime sit completa. Et infra: Quocirca dicit. v. per A. f. m. quæ inspect. privilegii prædictorum Regum, quæ Abbas prædicta libertate asserit se habere, si per illa consisterit, quod vallis de Evesham sit ille locus, quem prad. n. libertati donavit, absolvas Eveshamerem. Abbatem ab impetitione Vvigionem. Episcopi super Ecclesiis memoratis, & adjacentes illas Abbati pleno jure subjectas, Episcopo super illis silentium imponatis. Quod si Abbas in hac probatione defecerit, audiatis probationes super tempore, quo infra xl. d. annos Sedes Episcopalis vacavit: & si per tantum tempus vacasse consisterit, ut illo subducto, non sit quadragenaria completa præscriptio, vos in illis Ecclesiis jus Episcopale adjudicatis Episcopo & super illo perpetuum silentium imponatis Abbati: si autem exceptionem hujusmodi Episcopus non probaverit, quia tamen e interruptionem probavit circa f. professionem Pentecostalem in villa, & in Ecclesia de Mortuna, & receptionem, ac g. procuracionem Archidiaconi, necnon solutionem h denariorum S. Petri in valle de Evesham, circa i. cognicionem quoque causarum matrimonialium, & capelle suspensionem in prædicta villa de Mortuna, & interdictum capellanum in prædicta villa de Evesham, vos super his jus Episcopale adjudicatis eidem, si tamen circa suspensionem, & interdictum hujusmodi infra xl. annos interruptio facta fuit, in ceteris eis silentium imponentes, quæ Abbas præscripsisse probatur.

NOTÆ.

A Idem.) Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. cap. 5. & in cap. auditis 3. de in integrum restitut. c. ex ore 172. de privileg. ubi extant aliz partes hujus controversiæ: unde quæ ad præsentem inscriptionem spectant, recensita sunt ex traditis in d. c. 3. Casus autem ita contingit. Inter Vvigionem Episcopum, & Abbatem Monasterii de Evesham controversia vertebatur super subjectione ipsius Monasterii, tam in capite, quam in membris. Episcopus assererat monasterium, & Ecclesias illi subiectas ad se spectare lege diocesana, & jure communi. Abbas contendebat hujusmodi Ecclesias esse omnino exemptas jurisdictioni Episcopi, tum privilegii Regum Merciorum, tum beneficio Pontificis Constant. Verum Abbas non probabat Ecclesias prædictas exemptas esse a jurisdictione Episcopi, ex privilegio Constantiani: probabat tamen per testes, Abbatem Evesham. Jura Episcopalia adversus Episcopum possessione, vel quasi spatio quadraginta annorum præscripsisse. Verum Episcopus opponebat, tantum tempore vacasse Ecclesiam Vvigionensem, ut deducto tempore vacationis impleta non esset præscriptio. Item opponebat interruptionem præscriptionis per solutionem denarii Sancti Petri, cognicionem causarum matrimonialium, suspensionem parochiarum: quæ omnia peculiariter sunt Episcopi. Innocentius causam commisit Helienfi, & Rossenfi Episcopis sub hac forma, ut si constaret vallem de Evesham, esse in loco illo, qui a Constantino Pontifice exemptus fuerat, abolveretur Abbas ab impetitione Episcopi. Quod si Abbas in hac probatione defecisset, admitteretur probationes omnise ab Episcopo super tempore, quo vacavit Ecclesia: & si constaret tanto tempore vacasse, ut illo deducto nondum quadragenaria præscriptio esset impleta, pro Episcopo sententiam dicerent: & si Episcopus hujusmodi exceptionem non probasset, quia tamen probat interruptionem præscriptionis, veluti in processione, & aliis, iustit. Pontilex judicibus datis, ut super his jus Episcopale adjudicarent Episcopo, & in ceteris, quæ Abbas præscripsisset, silentium imponentes.

b Eveshamerem.) Ita legitur in tertia collectione, sed corrupte, in d. c. ex ore, de privi. c. causam 9. de jud. cap. 24. de suspensio. in 1. collect. Legendum enim est Evesham, ut post Cujacium notatur in presenti Franc. Florens. & Dadinus Alseffera, Monasterium hoc Evesham, structum fuit in Diocesi Walmesbur. de gossit. Pontif. Anglia, lib. 4. ait: „ Habet etiam Vvigionensis provincia Abbatiam Evesham menslem, & Percoremtem. Eveshamum fundavit B. Babionus Episcopus.

c Tempore vacationis.) Juxta supra adducta in capiti, ex transmissa. d. xl. annos.) Quæ præscriptio res Ecclesie amittuntur, c. de quarta, & ubi probavit, hoc tit. e Interruptionem.) Civilem videlicet, vel naturalem, juxta tradita supra in c. illud.

f Professionem.) Processio in die Pentecostes faciendæ vetus institutum Ecclesie est. Concilium Gallettense apud Ordencum Vitalem lib. 5. Presbyteri semel in anno circa Pentecostem collen cum Processionibus suis ad matrem Ecclesiam ven. D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. II.

niant, & de singulis domibus cere denaræ, vel idem va. lens, ad illuminandam Ecclesiam altari offerant. „ Celebrantur & oblationes Pentecostes. Innocentius notat lib. 11. epist. 52. de privileg. Sagensis Ecclesie, ibi: „ Omnes oblationes, quæ ad manus Sacerdotum in Sagensi Ecclesia offeruntur, & medietatem Pentecostes. „ Unde in presenti non agitur de processione illa, cum qua solebant monachi recipere Episcopos ad se venientes, quæ veterem Ecclesie disciplinam, de qua Sazon, lib. 8. hist. c. 24. Joannes Ingentium notat Clari præfationem commemorat esse, Matheus Parisius in Henrico II. Eodem anno Cantuariensi Episcopo accipere benedictionem a Thoma Cantuariensi Episcopo accipere quærebat, sed in sua Ecclesia, & sine processione, ut f. spicio subjectionis in postera profus absceda esse. Agunt Bolquetus in notis ad Innocentium III. lib. 4. regest. 16. epist. 11. Dadinus Alseffera de Ducib. c. 17. lib. 1. & nos in c. fin. de causa possessionis. Tantum enim in presenti agitur de processione Pentecostali, quam cum Clero, & Populo dicebat Episcopus a Civitate Vvigion. in loca, quæ dicebantur exempta, ut probat, & illustrat Franc. Florens in presenti, cap. 4. de qua processione, & ejus etymologia agemus in cap. nobis, de suspensio.

g Procuracionem.) Archidiaconi enim in Anglia non solum exigebant procuraciones tempore visitacionis, verum & recipiebant solutionem denariorum S. Petri, ut constat ex c. in qua, de censibus. Unde interruptio præscriptionis in presenti probabatur per receptionem procuracionis ab Archidiacono, & receptionem denariorum Sancti Petri, licet hæc interruptio tantum profuit Episcopo quoad ipsos casus, non quoad alios, in quibus jus libertatis præscriptum erat, quia tantum præscriptum censetur, quantum possessum, l. quæ meo, §. nisi, ff. de acquir. possess. l. 1. §. si quis interdictio, l. 11. ff. de iusticia, atque.

h Denariorum S. Petri.) Est præstatio quædam, sive collecta, quam præstabant Angli Romanæ Ecclesie, c. in qua, de censibus. Joan. Major. lib. 4. hist. Scotie, c. 2. in lezibus Anglie, & statuti Willelmi Senioris extat titulus de denario S. Petri, qui Anglice dicitur *Ramses*; & ita cavetur: „ Omnis qui habuerit triginta denarios vivæ pecunie in domo sua de proprio suo, Anglorum lege dabit denarium S. Petri, & lege Danorum dimidium marcham. Ille vero denarius debet submoveri in solemnitate S. Petri, & Pauli, & colligi ante festivitatem S. Petri ad vincula. „ Notarunt Bolquetus, & Idumay ad Innocent. III. lib. 3. regest. 16. ep. 77. Cujacius in presenti, qui denarii primo dicebantur Petri; & de his la Concilio Lateran. sub Alexandro III. c. 5. relato in c. ea, de censibus, ubi plura dabinus, cavetur quod in collatione denariorum B. Petri, Ecclesie, vel personæ gravari non debent.

i Cognicionem.) Quæ majoribus Prælati competit, ut notavi in c. 2. ut lita non consti.

COMMENTARIUM.

Communiter ex hoc textu sequens deducitur assercio; Jurisdicctio, & jura Episcopalia præscribi ab inferioribus contra Episcopum non possunt. „ Probant eam textus in c. de quarta, c. cum olim 18. hoc tit. a. quicumque, 16. c. 4. 3.

Probat conclusio



regulae juris: at vero prescriptio non ita, quae tribuit jus tantum privato. Deinde quia in prescriptioe requiritur ritus, & bona fides, quae in consuetudine non desiderantur, sed tantum exiguntur, ut sit rationalis, e. ult. de consuet. Sed talis consuetudo non potest esse rationalis, cum expresse opponatur sacris canonibus, ut dicitur in d. c. ex frequentibus: igitur talis consuetudo merito improbat. Sed licet hoc solutio admitti possit, verius cum Abbate, & aliis repetentibus in d. c. ex frequentibus, dicendum, quod in eo textu tantum reprobat prescriptio, vel consuetudo, per quam Clerici recipiebant beneficia ab his, qui poterant ea conferendi non habebant, & sine auctoritate alicujus legitimi superioris, ad quem ea spectabant: unde Pontifex in eo textu petit consentium Episcopi, vel officialium, ut non excludat alios, qui privilegio, vel prescriptioe legitima instruenti potestatem habuerant, imo tacite eos admittit, dum non simpliciter egit de Episcopis, & eorum officialibus, sed adjecit, qui de iure possunt. Constat autem quod illi, qui contra Episcopum legitimum prescripserunt, possunt praedictam institutionem dare. Igitur eos comprehendit Pontifex in praedictis verbis. Nec obstat textus in d. c. cum suis; nam omittit sententias eorum, qui differentiam agnoscunt inter collationem beneficii, & eius institutionem auctorizabilem; & eorum, qui textum illum accipiunt in prescriptioe sine titulo, & bona fide, quos refert, & restitit Barbofa d. alleg. 127. dicendum est, in eo textu prescriptioem improbat, per quam quis intendebat restitutionem facere nomine proprio, non vero ex persona, & vice Episcopi; si autem Archidiaconus intenderet institutionem facere vice Episcopi, prescriptio admittetur, ut latius probavi in d. c. cum suis. Nec obstat augmentum difficultatis, in qua solutioe Barbofa d. alleg. 127. n. 14. examinat utrum in casu hujus textus jurisdictione Episcopi prescribitur privative, vel cumulative: & utriusque sententiae Doctores referunt, & tandem recte distinguit inter casum, in quo Episcopus contra quem prescribitur, per integrum prescriptionis tempus usus non est jurisdictione; & inter eum, in quo per idem tempus usus fuit jurisdictione. Primo casu privative prescribitur, secundo vero tantum cumulative. Nec obstat si dicas, quod Episcopus, contra quem inferior prescribitur, utendo jurisdictione interruptit prescriptionem, & per consequens nunquam potest dari casum, in quo prescribitur cumulative. Nam respondeo cum Barbofa ubi supra, num. 20. hujusmodi usum Episcopi tantummodo impedire prescriptionem privativam, cui adversatur; & ita efficere, ne inferior, qui solus jurisdictionem non exercit, illam privative acquirat; non vero prescriptionem interruptere, ita ut nec cumulative alius jurisdictionem acquirere possit, quia hinc prescriptioni cumulative non adversatur simplex usus Episcopi, contra quem prescribitur, siquidem ambo eam jurisdictionem exercere possunt.

C A P U T XVI.

Idem a Parisensi Episcopo.

Cum ex officio debito Senonensis provinciam visitare ven. f. n. Archiepiscopus b Senon. per e. Parisien. dicec. transitum faciens, ad Abbas S. Maglorii d Prioris de Castres, & quorundam aliorum Ecclesiarum necesse habuit declinare, a quibus cum procuracionem sibi debitam postularet, ipsi eam exactam inhumaniter negaverunt, illam solvere penitus contemnerent, ad suae negacionis defensionem hoc solum allegantes, quod non meminerint se procuracionem hujusmodi praedecessoribus eiusdem Archiepiscopi exsolvisse, sed nec ab eis aliquando fuisse petitam. Idem vero e Archiepiscopus propter procuracionem sibi minus rationabiliter denegatam, illos auctoritate rescripti, quod super hoc a Sede Apost. impetravit, ab officiorum executione suspendit, eosdem postmodum, quoniam suspensionis sententiam non servabant, vinculo excommunicationis astringens: quod totum in ipsis Archiepiscopi literis perspicuum contineri, qui eandem sententiam petebat auctoritate Apostolica confirmari. Nos igitur praesertim allegationem eorum nullam penitus repudiantes, cum contra procuracionem, quam in contemptores praedictos, tam nostri auctoritate rescripti, quam antiqua Metropolis consuetudine tulit Archiepiscopus memoratus, usque ad satisfactionem condignam, per tuam dicec. factas inviolabiliter observari. Quia secundum legem divinam non est os bovi trituranti claudendum: & secundum Apostolum, qui spiritualia seminat, non est magnum, si metat carnalia, cum nemo cogatur suis stipendiis militare. Si quid enim aliud, quam superius fuerit allegatum, contra intentionem Archiepiscopi saepefacti objicere voluerint, & probare, nos eis faciemus justitiam plenitudinem exhiberi.

N O T A E.

**A** Parisiensis. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. de majorib. & obed. c. 5. & sub hoc tit. c. 6. De Ecclesia Parisiensis nonnulla notari in c. fin. de consuet. Odoni de Soliaco missa est preces epistola, in qua praclaras animi dotes reperi in cap. ....

**B** Senonensis. ) Petrus de Corbollo. de quo agitur in cap. 1. de possib. Pralat.

**C** Per Parisiensem. ) Olim enim Parisiensis Praeful parebat Episcopo Senon. donec a Gregor. XV. petente Ludovico XIII. anno 1622. cum civitatibus Carnotensibus, Aurelianensibus, & Meldensibus in Metropolitanam Ecclesiam erecta fuit.

**D** S. Maglorii. ) Monasterium hoc est Ordinis D. Benedicti ab Hugone Magno constructum apud Parisios, de quo Helgald. in vita Roberti. Hujus igitur inclyti Regis avas Henricus 30. pro pietate, bonitate, fortitudine Magnus dicitur, monasterium S. Maglorii Confessoris Christi in civitate Parisiensi simul cum filio consuetis nobilitate, Monachos sub

C A P U T XVII.

a Idem Archiepiscopo Pisano.

**S**i diligenti. Et infra: Licet igitur ex his, quae praemisimus, contemptis monitis nostris, & mandatis, a quibus fraternitatem tuam frequenter nisi fuimus illucere, ut dil. fil. G. Marchionem Massae, iudicem Caralit. a iuramento fidelitatis abolveres, quod exhiberi tibi, & Ecclesiae Pisanae fecisti, ut eo non obstante nobis, & Ecclesiae Rom. juraret, non solum asperitate verborum, sed executione forsitan in te potuissimus procedere Ecclesiastica disciplinae, cum iudicatus Caralitanus ad jus, & b proprietatem Beati Petri pertinet, sicut tota Sardinia nullo pertinet mediante; nec ex parte tua sit quicquam rationabiliter allegatum, quare tibi licuerit pro te, vel Ecclesia tua a praedicto Marchione fidelitatis exigere iuramentum. Et infra: Super alio vero articulo taliter respondisti, quod ab eo tempore, quo fuisti assumptus ad Praefulatus officium, iuramentum fidelitatis pro Sed. Apost. ab ipsis iudicibus recepisti, sciens Archiepiscopum Villanum, praedecessorem tuum, virum magne auctoritatis, & honestatis, qui longo tempore in Curia Romana exstitit Card. ipse quoque plenius novit consuetudines, & statuta, & omnes praedecessores tuos, qui fuerunt viri magne auctoritatis, sic de antiqua consuetudine tenuisse pariter, & fecisse, cum nihil tibi, vel ipsis haecenus ab Apost. Sede fuisset obiectum. Nos igitur his, & aliis, quae dil. fil. Magister Bonidinus nuntius tuus proponere voluit, plenius circumspicimus, non intelleximus te, vel Ecclesiam tuam alio quo iure subnixam, quo valeas a mandati nostri executione rationabiliter excusari, cum auctoritatem Sed. Apost. non ostendas, per quam a praedictis iudicibus tu, & antecessores tui fidelitatis exegeris iuramenta, nec praescriptio aliqua muniaris, cum secundum confessionem tuam non Ecclesia Pisana, vel tu, fuerit in quasi possessione juris exigendi hujusmodi iuramentum, quod pro Sed. Apost. ab ipsis iudicibus receperunt fuisse fateris, per quod constat Ecclesiam Romanam semper quasi in possessione fuisse, cum pro ea ministerio tuo, & antecessorum tuorum exalium fuerit, & praescriptum iuramentum; & is etiam possidere dicatur, & Ecclesiae Rom. seprenominatum fuerit iuramentum exactum, posset inferri, quod iuramentum praedictum de conservando iure, & honore Apost. Sed. fuerit violatum. Unde licet retineri non posset, quod contra iuramentum hujusmodi fuerit scienter obiectum, cum etiam secundum hoc locum praescriptio habere non posset, cum in prescriptioe rerum Ecclesiasticarum bona fides, & iustus titulus exigatur; cum si etiam locum potuisset habere praescriptio, non credimus centenario praescriptioem, quae sola currit adversus Rom. Eccl. posse probari.

N O T A E.

**I**dem. ) Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 7. & in c. cum te 26. de iurjur. ubi extant aliae partes hujus Decretalis: in praesenti tantum referunt, Archiepiscopum Pisano ab Vv. Marchione Massae iudice Caralitano exegisse fidelitatis iuramentum, a quo tota ipsa Sardinia provincia Rom. Ecclesiae immediate pareret, ut notavi in d. c. eam 12. quare ipsi Archiepiscopo Innocentius in praesenti rescripti, ut iudicem Caralitanum a tali iuramento injuste extorto abolveret; & cum ipse Archiepiscopus proposuisset, se iurandum exegisse a iudice Caralit. nomine Sedis Apostolice; iterum Pontifex illi rescripti asserendo, cum praescribere nunquam potuisset tale jus exigendi iuramentum fidelitatis, cum illud existeret semper nomine Sedis Apostolice, & certum sit, possidentem alieno nomine, nullo tempore praescribere.

**B** Ad jus & proprietatem. ) Consonat textus in c. ult. de sentent. excommunicatis, in 5. compili. ubi Honorius III. eidem Archiepiscopo Pisano ita rescribit: (Supra se Ubaldu & Lambertus fratres ambulare volentes, caeca ducti cupiditate, iamdudum iudicatum Caralitanum juris, & proprietatis Sedis Apost. occuparunt, quorum S. & F. & ceteri fratres tante praesumptionis non timebant esse particeps, minus quam eius expedire attendendo, quod baculo arundineo, qui manum inhaerentis eidem perforaret, dum ponunt in eis fiduciam, innotantur: sed & praedicti omnes ad tantam derisionem insaniam, ut excommunicati a nobis longo tempore jam elapso, si fuae sint salutis oblitii, ut non videantur ad Ecclesiae unitatem, quando redire debeant, cogitare: hi autem propter tante temeritatis excessum de feudis, quae de Camera Archiepiscopatus Pisani tenebantur, fuerunt a quadriennio defraudati: verum sepe, sicut dicitur, mustiant, quod de fructibus feudorum ipsorum, quos excommunicationis tempore percipiunt, obtento absolutiois beneficio, integre sibi satisfieri oportere: super quo volumus tibi, & tuis successoribus providere. Nos itaque districtius inhibentes, ne quidemquod de feudis eisdem, vel eorum fructibus perveniat de cetero ad praedictos, tibi, & successoribus tuis auctoritate praesentium indulgemus, ut super his tu, & successores tui in aliquo non teneamini ulterius responderi.)

**C** Cuius nomine possidetur. ) Nam cum possessio sit detentio rei cum animo sibi habendi; possidet tantum ille, qui rem eo animo detinet, ut sibi, non alii habeat, cap. cum venisset 9. de rescri. spol. docent ultra congestos a Barbofa in praesenti, Cujacius lib. 18. observ. cap. 24. & tract. 7. ad Afric. in l. si de rescri. 40. Digest. de acquir. possess. Donell. lib. 5. comment. c. 13. Connanus lib. 13. cap. 10. num. 8. Faber in ration. ad l. communitas 7. §. neque, Digest. communis divid. Treutl. volum. 2. select. disp. 21. obs. 4. per tot. Unde deducitur, commodatarium non possidere rem commodatam, quia licet usus rei illi permittatur, l. si pignore 22. Digest. de pignor. act. non tamen retinet animo sibi habendi, sed domino; & ab eo tantum uti non possideri permittitur, l. officium 9. Digest. de R. V. l. 3. §. ultim. cum l. sequenti, Dig. ad exhib. l. rei 8. Digest. commodati, l. videmus 38. §. si possessionem 10. Dig. de usuris, l. 2. §. si si 20. Digest. hoc tit. l. 1. §. quod 33. Digest. de vi, §. vi. Secundo deducitur, conductorem non possidere rem conductam, quia usus tantum rei illi permittitur, l. si servus 61. §. locatus, §. ex idea, Dig. de servit. quare dicitur rem alii possidere, l. 1. Cod. communis, de usucap. l. 2. Cod. de praescrip. 30. imo cum nullum jus proprium habeat, locatori possidet, D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. II.

& illi ministerium praestat, l. officium 9. Dig. de R. V. l. communitas 7. §. neque 11. Dig. communis divid. l. 3. §. ultim. cum l. sequenti, Dig. ad exhib. l. servi 16. Dig. de peti. §. comm. leg. si quis 10. §. 1. l. qui bona 19. l. interduo 21. §. ult. Digest. de acquir. possess. l. non solum 33. §. quod vulgo 30. Dig. de usucap. l. 2. §. 1. Digest. pro herede, l. in iustem 12. §. 1. Digest. quod vi aut clam, l. 1. §. denique, Dig. de vi et vi, l. 1. cetero 6. §. 1. Digest. locati, l. 3. §. ceterum 12. l. si id quod 25. §. 1. l. qui universas 30. §. quod per colonum, cum sequenti, Dig. de acquir. possess. l. 1. §. quod servus 22. Dig. de vi et vi, l. 1. §. penult. Digest. de itin. actusque. Quae regula duas notabiles patitur exceptiones. Prima est in locatione ad longum tempus facta, quia per eam non solum possessio, verum & eius reale jus domini praestans, quod utile pragmatici appellant, transferuntur, de quo accipiendi sunt textus in l. sciendum 15. §. 1. Dig. qui iurisd. cog. l. 1. §. ult. Digest. si ager vulgus, l. cum sponsus 12. §. in vestigalibus, Dig. de public. l. 3. §. si ego, Dig. de novi oper. num. l. 1. §. quod ait 3. l. 2. Digest. de superfluo, docent Galdas de renovat. employ. lib. 1. q. 11. n. 7. & q. 13. num. 12. Britto in rubric. de locato, §. 1. n. 10. Menoch. de recuper. remed. l. nam. 68. Vallescus de iure emphite. q. 18. per tot. Cajacius lib. 12. Pauli ad edict. in l. thes. 74. Dig. de R. V. Giphanius in l. naturaliter 12. n. 13. Dig. de acquir. possess. Pichardus in §. in summa, Institut. de iurisd. Valencia lib. 2. illustr. tract. 1. c. 6. n. 1. ad quam speciem referendus est textus in l. 2. §. habere 28. Digest. ne quid in loco publico. Secunda exceptio datur, quod in locatione actum est, ut possessio transferatur; licet enim regulariter in locatione usus tantum rei censeatur permittitur, l. qui rem, C. locati; tamen si agatur, ut possessio transferatur, nihil impedit quominus ea in condictionem transeat, l. si pignus 37. ff. de pignorat. docet Petrus Faber in l. neque pignus 47. ff. de R. V. ad quod probandum expendit textum in l. si quis ante 10. §. 1. ff. de acquir. possess. D. Joseph de Retes ubi supra, consuet. c. 2. consuet. 2. num. 3. qui numeris sequentibus eadem distinctione utitur erga eam, qui precario rogavit usum, vel possessionem rei; quem casum examinabimus in c. 2. de precario: Nec obstat supra traditis, creditorem possidere, l. 13. §. ult. ff. de publiciana, l. si servus 22. de noval. l. 1. §. ludo 12. §. ult. ff. de condit. tutacion. Sed creditor scit rem alienam esse, & domino, non sibi retinet, l. si pignore 22. ff. de pignorat. l. si pignora 34. ff. de furtis. Ergo cum quis nomine alieno rem detinet, eam possidet. Quae difficultate oppressi plerique ex antiquioribus existimantur, creditor non possidere pignus, sed docti esse resellit D. Joseph de Retes ubi supra, consuet. 5. qui praedicta difficultate satisfaciunt n. 16. asserendo, non recte argui: scio rem alienam esse: ergo non possideo; quia alias prado; & iniustus possessor non possideret, contra textum in l. 3. §. ex contrario 5. ff. de acquir. possess. Ergo cum is, qui scit rem alienam esse, possit habere animum eam sibi detinendi, licet non habeat affectum dominandi, eam possidet: quod procedit in creditore, qui licet non detineat rem animo donandi, detinet tamen animo sibi habendi; unde constat in praesenti specie, non Archiepiscopum Pisano, sed ipsum R. Pontificem fuisse in possessione exigendi iuramentum fidelitatis a iudice Caralitano.

**D** Rerum Ecclesiasticarum. ) Subintelligit, maxime; nam ad praescriptionem rerum etiam temporalium, & inter laicos, semper desideratur bona fides, ut dicemus late in cap. final. hoc tituli.



**H**ac perdocta decretali complectitur Innocentius III. omnia requisita prescriptionis, videlicet bonam fidem, possessionem continuam, & titulum. De bona fide late agitur in c. fin. hoc tit. Possessionem necessariam esse ad prescriptionem, expresse docetur in cap. Sanctorum 3. cap. causam quae hoc tit. res. sine possessione, de R. J. in 6. l. sine possessione 25. Dig. de usufr. l. qui in servitute, Dig. de R. J. l. 9. 18. c. 21. tit. 29. par. 3. l. 4. c. 7. tit. 15. lib. 4. recipit. Et licet Valascus de iure emphe. 1. par. quae. 8. num. 30. existimaverit, ad prescriptionem qualemque possessionem sufficere, verius tamen est, naturalem non proficere, sed necessariam esse civilem, ut probant Dinus, & Pechius in dicta regula sine possessione, Gomez in l. 45. Tauri, num. 29. Covar. in regula sine possessione, 2. par. in initio, num. 2. Balboa in praesenti, 1. par. Et licet incorporalia non possideantur proprie, l. 3. Dig. de acquir. poss. l. sequitur 4. §. in incorporata, Dig. de acquir. dona. tamen quia quasi possidentur, propter hanc abutuntur possessionem prescribuntur, l. fin. juncta Glossa verbo Possessor, Dig. de itinere, itinere, l. servitutes 19. Dig. de serv. l. quoties 20. Dig. ad. Unde merito iure servitutes utantur, nisi lege speciali, videlicet Scribonia, earum inhibere usufructu, ut post Revardum & Galbanam late docet D. Joseph de Retes in speciali placet, ad l. Scriboniam. Hac autem possessio debet esse continua, c. illud 8. hoc tit. ubi additur, quae ad requisitum possessionis spectant; unde tantum superest, ut de titulo ad prescriptionem necessario agamus, sique concludo.

Ad usufructum, vel prescriptionem iustus titulus deservatur, 33. Probant eam textus in l. Celsus 27. l. nonquam 31. Dig. de usufr. l. divitibus, l. neque petentem, Cod. de prescrip. longi temp. l. nulla 14. Cod. de R. V. l. si nulla 6. Cod. de acquir. poss. l. ultim. Cod. de usufr. pro herede, l. ultim. Cod. de de facta deservit, cap. 1. hoc tit. in 6. l. 9. c. 18. tit. 29. par. 3. Illustrant ultra conceptus in praesenti a Barbosa, Balboa, & Garbana, Martinus Uran. Valquez a Chaves ad hanc textum, & Cajacius in d. l. Celsus; idem Cajac. in l. pro servitute 46. Dig. hoc tit. Treull. vol. 2. sect. disp. 22. ibi §. Molina de iustitia, tract. 2. disp. 64. P. Gregor. lib. 40. synagm. c. 12. Hieronymus Afin. in rubrica, C. de usufr. pro emp. num. 221. Melani, par. de usufr. c. 2. num. 6. & de prescrip. c. 2. num. 8. Gualbalinus tom. 3. de negor. lib. 5. c. 5. art. 3. Altertera hic.

Sed pro dubitanti ratione in praesentem decisionem ita insurgo. Nec ad prescriptionem tricennalem, quadragenariam, vel immemorabilem titulus desideratur. Igitur verum non est, iustum titulum ad prescriptionem esse necessarium. Antecedens probatur; nam cum prescrip. tricennalis actionum a Theodosio introducta nitatur tantum silentio advertari, superfluo desideratur titulus; unde abique eo prescriptionem tricennalem currere docetur in authentica mala fidei, Cod. de prescrip. longi temp. l. cum nescimus 71. l. si qui 8. in princip. & §. 1. Cod. de prescrip. 30. In quadragenaria autem non desiderari titulum, supponitur in cap. de quarta, hoc tit. cap. cum Ecclia, de causa poss. c. proprias, ubi nulla facta mentione tituli, admittitur prescrip. quadragenaria quoad quartam decimarum, & ius eligendi. In prescriptione etiam immemorabili titulum non desiderari, constat ex c. super quibusdam, §. praeerea, de V. S. c. 1. hoc tit. in 6. l. si quis emptiois, Cod. de prescrip. 30. Ergo titulus ad prescriptionem non desideratur.

Qua dubitanti ratione non obstant: verum est, titulum, seu quod idem est, iustam causam possidendi, l. nec ullam, §. 1. Dig. de part. heredit. l. 1. Dig. pro dote, desiderari ad prescriptionem: & quidem tituli vari sunt, prout variae etiam dantur causae acquisitionis domini. Ad quatuor genera eos retulit Donellus lib. 5. comment. c. 14. & sigillatim exposuit Gilkenius de prescrip. 2. par. memb. 1. c. 1. Sed ut breviter eos comprehendamus, & tantum quae specialiter in eis notanda sunt, prosequamur, primo sciendum est, omnibus variis tituli acceptiois, quas dabimus in c. 2. de prob. titulum in praesenti accipitur pro causa possidendi, quae possessor tunc, quia ex iusta causa rem retinet, veluti emptiois, legati, & similia, quasi iuris assistentia munitur: & ita interrogatus cur possideat, respondet, quia emi, quia ex donatione, legato, aut dote accipi. E contra vero qui sine titulo possidet, interrogatus cur possideat, tantum respondet, quia possideo, l. nec ullam 13. §. 1. Dig. de part. heredit. l. 2. C. cod. tit. Tituli sunt in duplici differentia: alii perpetui, alii temporarii. Perpetui sunt, ex quibus ita rem habemus, ut perpetuo penes nos, successoresque nostro permaneat, l. pro soluto 46. Dig. de usufr. l. 1. Dig. pro dote. Temporarii sunt, ex quibus ad tempus tantum rem possidemus, veluti ex causa locati, commodati pignoris, aut precarii; qui neque ad translationem domini, neque ad causam usufructu praestandam sufficiunt; quia nemo ex eis nanciscitur possessionem, ut creditur se dominum esse, l. quoniam 13. §. 1. de publican. l. si servus 22. §. si qui pignori, Dig. de noxal. l. pignori 13. Dig. de usufr. l. 1. Cod. communia, de usufr. l. cum nescimus, §. fin. Cod. de prescrip. 30.

Secundo sciendum est, titulum ad prescriptionem desiderari verum, non praesumptum, quem probare tenetur possessor, quia cum consistat in facto, non praesumitur, nisi probetur, ut docetur in d. l. nulla 24. Cod. de R. V. l. divitibus 4. Cod. de prescrip. 30. Accedit, quia qui nititur aliqua qualitate,

eam probare debet, l. 2. Dig. de probat. l. 1. Dig. de cau. cap. l. qui accipere, Cod. de etendo, cap. 1. de claud. disp. l. 38. tit. 2. par. 3. Cum ergo titulus non praesumat, anceps quae sitio est, an si praestatio aliqua facta sit longo tempore, veluti decennio, quod longum tempus dicitur, l. si cum fidei commissis 16. §. Aristo, Dig. qui ex a quibus, iudicis traditis ab Olualdo lib. 5. comment. cap. 10. littera F. Alber. Gentili de temporibus appellat. cap. 10. praesumat titulus, cujus virtute procedat usufructu. Et dicendum est, ex iusta praestatio decenniali neque praesumi titulum, neque prescriptionem procedere, ex l. si certis 28. Cod. de pascuis; si vero praestatio facta fuit a debitoris expressa causa, aut titulo solvendi, veluti si expressit, quia debebat usuras ex causa stipulationis, quamvis stipulatio non appareat, praesumitur ex continuata, & geminata confessione solventis, l. cum de in rem 6. Dig. de usuris; hac tamen praesumptio tituli decennio inducantur tantum prodest ad iudicium summariam manentibus, ut docet Rodriguez de annis reddit. lib. 5. cap. 5. num. 6. At vero ad iudicium plenarium proprietatis, & ut obligatio perpetua demer, desideratur longior reddituum exactio, idest non minus quam per 30. annos, ut ex l. libitibus 20. Cod. de agricolis, lib. 11. docent Amaya in l. 3. Cod. de agendis, ex num. 33. Rodriguez ubi proxime, Solorzanas de iure Indiar. 2. tom. lib. 2. cap. 1. num. 31.

Deinde sciendum est, omnem titulum utilem, & habilem ad praescribendum, vel esse universalem, vel particularem: universalis, veluti pro herede, pro dote, vel similibus, ex quo bona per universitatem acquiruntur, ut etiam est communio omnium bonorum, l. 1. Dig. pro socio. Circa titulum autem pro herede, dux, & non leves adhaerent difficultates. Prima circa eam, in quo locum habet, cum circa usufructum rerum hereditarium ita attendatur persona auctoris, ut si ipse testator etiam ab malam fidem usufructu eas non poterat, nec heres etiam bona fide eas usufructu valeat, l. de accessionibus 14. Dig. de divers. c. temp. l. Pompon. 13. Dig. de acquir. poss. Quae ergo res ex titulo pro herede usufructu poterant, si a defuncto usufructu non valebant? In qua difficultate dicendum est, plerumque quaedam res in ipsa hereditate inventi, quae revera hereditariae non sunt, licet in hereditate reperiantur, neque eas defunctus possedit, ita ut eius sententia ad heredem transeat; & tunc heres ex sua persona inchoat usufructum, non alio titulo, quam pro herede: & hic est casus proprius illius tituli, l. 3. Dig. pro herede: docent Donell. lib. 5. comment. cap. 14. Petrus Gregorius lib. 40. synagm. cap. 15. In aliis vero rebus, quarum usufructu concepta fuerit a defuncto, cum eo casu utatur accessione defuncti, debet uti cum sua causa, ut late docet D. Josephus de Retes tom. 1. epist. in d. l. de accessionibus. Secundo circa titulum pro herede a iuris interpretibus haesitatur: utrum heredes sui, qui parentibus heredes existunt, ex extranei, cum hoc titulo usufructu possit? Negat cum Accursio fere omnes antiqui repetentes in l. 2. Cod. de usufr. pro herede, & in l. 2. §. ultim. Dig. ad. Covar. in d. regula possessor. 2. par. §. 5. num. 3. Donellus lib. 5. comment. cap. 14. ubi alios congerit, Olualdo littera L. E contra vero affirmant Viglius in §. sui, Institut. de her. qual. c. differantia, Forcatul. dialog. 36. num. 5. Connanus lib. 10. comment. 5. Cajacius in d. l. 2. §. ultim. Arias Pinellus 2. par. rubric. Cod. de bonis matern. ex num. 38. Treull. disp. 12. Theff. 5. litter. B. Pachia. lib. 6. contro. cap. 11. Faber decal. 32. errore 5. Castillo lib. 3. contro. cap. 22. Bajo-Arroyo in cap. conquirente, num. 23. de poss. spoliat. Hunnius lib. 2. var. tr. 3. quae. 9. Pro negativa sententia facit, quod suis hereditibus non datur usufructu, sed continuatio domini, l. in suis 11. Dig. de liber. c. possuum. Unde cum non detur hereditibus iacens, vel adita, non potest dari titulus pro herede. Faciunt etiam diserti textus in l. 2. §. ult. leg. 2. Cod. pro herede. Sed pro affirmativa sententia, quae verior est, non levia adhaerent fundamenta. Et prima, quia licet non detur usufructu inter patrem, & filium; datur tamen, & fortius, hereditatis ius, siquidem fuitas non privat filium iure hereditis; unde sui dicuntur heredes in l. ex facto 17. §. ult. Dig. ad Trebell. §. sui, Institut. de hered. qual. a Juvenali sat. l. 14. ibi: Si amovissis senem juveni aequa ludis, & heres Bullarus, parvoque eadem movet arma frivolo.

Secundo, quia si nova acquisitio hereditatis praestat titulum extraneis hereditibus ad usufructuandas res in hereditate repetas, l. non solum 33. §. ultim. Dig. de usufr. similiter nova administrationis acquisitio, & pleni domini iustitiam erit ad praestandum eundem titulum. Tertio, quia usufructu heredis versatur circa res alienas in hereditate reperas, in quibus nulla potest dari in suis continuatio domini. Igitur nihil impedit usufructum huiusmodi rerum in suis hereditibus. Nec hac sententia retenta contrarium probatur in d. l. 2. Cod. pro herede: cuius vero sensus est, existentibus suis hereditibus, non posse dari usufructum ex titulo pro herede, ab extraneis videlicet. Ratio est aperta, quia cum exiit suis heredes, alius heres dari non potest, l. quod contra §. sui duo 22. §. de R. J. quare nemo usufructu potest ex illo titulo, quod non debet. Nec etiam facit pro negativa sententia dicta lex 2. §. ult. ff. eod. nam in eius specie ideo non datur usufructu pro herede, quia donatio manente patria potestate, non inagis consistit, quam inter virum, & uxorem, l. 1. §. si vir, ff. de acquir. poss. l. 2. Dig. pro donato; adeo ut iure Digestorum nec morte patris confirmaretur usque ad constitutionem Justiniani in l. donationes 25. C. de donat. inter. Quare filius in

In ea specie non potuit mortuo patre mutare sibi causam possidendi & usufructu. Nec supra traditis obstat textus in l. extranei 9. Cod. de poss. ubi existentibus suis hereditibus datur usufructu pro herede in extraneo, quia in eocasu propter iustam ignorantiam potuit extraneus usufructu, existentibus filium apud heredes existentem accessisse; & tunc non procedit usufructu ex titulo pro herede, sed ex titulo pro suo parativo: latius exponunt textum illum Faber lib. 9. com. 6. & lib. 10. c. 3. Pichardus ad tit. de vulgari, c. 23. n. 8.

Tituli particulares sunt, ex quibus singularis res acquiritur, veluti titulus pro emptore, quem late exposit Hieronymus Afin. ad tit. Cod. de usufr. pro emptore, ex num. 297. & qui nascitur ex permutatione, quae similis est emptioni, l. 2. Cod. de rer. perm. ex causa adjudicationis iudicialis, l. si per errorem 17. Dig. de usufr. juncta l. cum parum 36. Dig. fam. mil. uti, ex causa transactionis, l. penultim. Cod. pro emptore, ex causa admittionis litis, quae similis est emptioni, l. 2. §. ultim. cum sequenti, Dig. pro emptore, vel si ex noxali causa servus tradatur, ut in specie legis 3, & sequentium, Dig. de public. Item tituli sunt lucrativi pro legato, pro donato, pro derelicto, quos recensent, & exponunt Donellus, & Petrus Gregor. ubi supra, Institutum in §. error, Institut. de usufr. Cajacius in d. Celsus, & in l. pro soluto 46. Dig. de usufr. Circa titulum autem pro derelicto illud notandum est, quod licet res pro derelicto habita statim fiat inventiens, l. 1. Dig. pro derelicto, circa quem causam observandi sunt textus in l. si quis decedens, §. qui super, Dig. de solut. l. 9. Dig. de public. iudic. l. quomodolibet 28. §. 2. Dig. de noxal. l. 5. ff. qui in fraud. credat. l. si finis 15. §. non ex si ff. de damn. infecto, l. usufructus 26. Dig. de stipul. servor. l. nec utilem 20. Dig. ex quibus caus. mater. l. inter 46. Dig. de furtis, l. si quis rei, §. differantia, Dig. de acquir. poss. tamen si res aliena ab eius possessore derelicta fuit, non efficitur occupantis, sed tantum virtute occupationis conditionem usufructuendi acquirat, ex titulo pro derelicto.

Itos autem, & alios committuntur titulus pro suo, qui duplex est, generalis, & specialis. Generalis datur existente iusta causa erroris, quando provenit ex facto, & traditione alterius, qui rem illi solvit ex causa legati, debiti, aut alia simili, l. si hominem 3. l. ultim. Dig. pro suo: si vero iniurta sit causa erroris, veluti cum quis errorem sibi assumit, credens emisse, cum non emerit, tunc non procedit usufructu, quia error falsae causae bonam fidem non producit, l. Celsus 37. Dig. de usufr. non parit usufructum, §. error, Institut. eodem tit. cum opinio possidens non possit naturam rei mutare, l. assumpti 6. Dig. ad municip. Gilkenius de prescrip. 2. par. memb. 1. quae. 1. c. 3. & hoc est, quod dicitur, neminem causam possessionis sibi mutare posse. Donnellus lib. 5. comment. cap. 16. per totum, quae refert legem 3. §. illud quoque, leg. qui bona 16. Dig. de acquir. poss. l. non solum 33. §. 1. Dig. de usufr. l. 2. §. 1. ff. pro herede 9. l. cum nemo 5. Cod. de acquir. poss. l. ad probationem 23. Cod. leonati. Exempla duo ponamus. Usufructu ex titulo pro dote non potest procedere, nisi res vere sit dotalis, l. 1. §. ult. Dig. pro dote. Ceterum si de facto matrimonium celebratur, quamvis de iure non valuerit, tamen quia in contractu matrimonii subest iusta causa ignorantiae, erit usufructu ex titulo pro suo procedere potest, l. prolebus 67. Dig. de iure dot. Si verum matrimonium celebratum non fuit, quia nulla subest iusta erroris causa, nec ex titulo pro dote, nec pro suo usufructu procedit. Quo principio intelligitur textus in leg. 2. Dig. pro dote. Aliud exemplum deduci potest ex titulo pro legato, ex quo nemo potest rem usufructu, nisi iure vere legata sit, l. 2. c. 3. Dig. pro legato. Ceterum si aliena res legata sit extraneo legato a testatore ignaro, quo causa legatum utile est, §. non solum, Institut. de legat. vel legatum sit Titio, & duo sint Titii, l. duo 30. Dig. de testament. tut. vel vivo testator, cum hares crederet cum defunctis, legatum tradiderit legato; tunc usufructu ex titulo pro suo locum habet, quia in his casibus legatarius iustam erroris causam habet ab herede illatum, l. pro legato 4. l. ea res 5. cum sequenti, Dig. pro legato: in quibus, & in l. ult. Dig. eod. tit. prout titulus pro legato loco tituli pro suo, quia plerumque Jurisconsulti utuntur titulis specialibus pro generali, quae in eius locum succedunt: docent Cajacius in l. ult. Petrus Gregor. lib. 40. synagm. cap. 15. D. Josephus de Ret. de usufr. n. 19. qui numero sequente docet observat, in titulo pro derelicto, dari non posse generalem titulum pro suo, quia nemo est qui usufructu interat errorem, sed ipse possessor filii famit, unde exponit textus in l. id quod 4. l. nemo 6. l. si quis 7. ff. pro derelicto: in quibus docetur, id tantum posse usufructu titulo pro derelicto, quod revera derelictum est. Est autem notanda magna differentia quoad titulum pro suo, cum res tradita est ex causa emptiois, vel ex alia causa, quod in emptione non sufficit, ut error inferatur ab eo, qui de putat venditorum, quia major, & probabilior causa procedere debet, quia maior, & probabilior titencindam esse locutionem Florentinam, quae habetur, nisi alio procederet, docuit Merillus lib. 3. varianti. cap. 38. l. 2. §. 1. ff. pro emptore. Probabilis error reputatur, si servus, aut procurator meus, qui mandavi non emere, ipsam ad me detulerit, afferens emisse, cum non emerit, quia tunc cum ex alieno facto error nascatur, factis probabilis causa creditur, l. quod vulgus 11. Dig. pro empt. l. nemo, in fine ff. pro suo; notatur Olualdo ad Donell. lib. 5. commentar. cap. ultim. l. 1. E & Cajacius tract. 7. ad Afric. in d. l. 1. Rationem differen-

tiae reddere tentant Cajacius ubi praediximus, Merill. diff. cap. 17. quibus omittis dicendum est cum D. Josepho de Retes d. num. 20. ideo in contractu emptiois majorem causam erroris desiderari, qui constat de consensu contrahentium, & utriusque reciproco facto: quare non potest dari iusta erroris causa ex sola traditione venditoris, cum debuisset emens etiam assiliter contractui: quod diversum procedit in legato, & similibus titulis, qui tantum ex unius liberalitate oriuntur, qualis est titulus pro donato, l. 1. ff. pro donato: in quibus sufficit, si errorem inferat, qui tradit, quia ipse tantum praestat titulum, ut de eo, qui solvit, docetur in d. l. existimans 48. Ex hac differentia iusti erroris ab alio illati, & infalli a se assumpti, exponendi sunt textus in l. 2. §. 1. ff. pro emptore, l. interduum 21. §. 1. ff. de acquir. donat. l. nullo, Cod. de R. V. l. fin. C. de usufr. pro herede, l. cum qui 8. ff. de public. iuncto collega nostro D. Franc. Valderrama in c. fin. hoc tit. n. 68.

Titulus specialis pro suo datur, quando deficit alia causa specialior traditionis, ex qua quis rem habere, vel usufructu perire potest: exempli gratia res, quae nullius in bonis sunt, quales sunt fere, bestiae, lapilli, & gemmae in litore maris inventae, & partus, fructulique rerum, quae non possidentur ex primavo titulo, sed pro suo, l. 2. l. ancilliam 9. ff. pro suo, l. qui ad 9. Dig. pro emptore: notatur Amaya lib. 3. observ. c. 1. §. 1. ex n. 9. Garanza de partu, c. 3. §. 1. Titulus hic specialis aliquando transfert Dominium, aliquando tantum usufructu conditionem. Dominium transferre, si vere res nullius erant, quae fuerant occupatae, vel si ancilla, quae partum edidit, erat in dominio possessoris. Ceterum si quis in litore maris gemmas invenit, non tunc a mari ceptas, sed ab alio dimissas, qui prius eas invenerat, tunc latius inventio praestat tantum titulum pro suo ad usufructum, & sic eo casu ut res usufructuarius, necessarius est specialis titulus pro suo sciendum est, illam debere esse verum, non falsum, dicitur, l. Celsus 27. §. error, Institut. de usufr. veluti in titulo pro legato, ex quo non aliter usufructu procedere potest, quam si eius persona, quod legatum valide relictum est, ideo incapax capiendi ex testamento, ex titulo pro legato usufructu non potest, leg. nemo 71. Dig. pro legato: si autem vere res legata sit, & testator decederit, qui non erat dominus, sed tantum bonae fidei possessor, qui non erat dominus, sed tantum habebat bonam fidem, statim procedit usufructu, si legatarius habebat bonam fidem, credens rem testatoris fuisse, l. ea res 5. Dig. pro legato, juncta l. Pomponius 14. §. sed ex legato 17. Dig. de acquir. poss. l. Sabinus 6. Dig. de usufruct. legat. Nec tunc obstat principium juris, quod docetur, legatum relictum rei alienae a testatore ignorante rem alienam esse, non valere, §. non solum, Institut. de legat. nam licet eo casu inutile sit legatum respectu rei, ut legatarius non liceat iniquitatem exigere possit, si apparet aliena, & valeat iniquitatem respectu rei, & iuris, quod defunctus habuit, & tamen respectu accessione temporis utendo possit continuare, & perficere usufructum. Idem etiam dicendum est in titulo pro herede, ex quo nemo usufructu valeat, nisi qui iustit hares iustit possit, l. ultim. Dig. pro herede; & hereditas in eo statu sit, ut adiri possit, l. 1. Dig. eod. An vero usufructu scientiam tituli habere debeat, vel cum ignorantia eius possit usufructu, pro expositione textus in leg. fin. Cod. unde vi, l. possessio 49. §. ff. Dig. de acquir. poss. disputat late D. Franc. Valderrama in d. cap. fin. hoc tit. ex num. 161.

Quibus ita animadvertis ratio praesentis decisionis, ex eo provenit, nam abique legitimo titulo, idest iusta causa possidendi, cap. licet 9. de probat. cap. adunum 31. de decimis, omnino possessio improba est, l. improba 7. C. de acquir. poss. quemadmodum sine titulo iniusta possessio dicitur in l. nullus 24. Cod. de R. V. quia possessio, quae sine causa iusta, & legitima approbata apprehenditur, iustit violentiae est, l. nullus, Cod. unde vi; imo ubi iustus titulus abest, vix est ut etiam non abist bona fides, l. ult. Cod. unde vi; & cum praesumptio abest contra praescribentem, ipse non censetur bonae fidei possessor, c. ordinarii, de offic. ordin. in 6. l. quemadmodum, C. de agricolis, lib. 11. Unde cum in praesenti specie ultra possessionem deficeret titulus, quia tantum usufructu dabatur ex parte Archiepiscopi Pisanii, ideo non procedit praescrip. Nec obstat dubitanti ratio supra exposita, cui quoad prescriptionem tricennalem suscipiendam ex traditis in c. viginti, lanti, hoc tit. quoad quadragenariam vero verus est, ex iure Pontificio titulum desiderari, praecipue cum repugnat ius commune. Et illam supponendum esse praesentis in d. c. de quarta, d. c. cum Ecclia, notavit Valquez a Chaves in praesenti c. n. 64. Quoad immemorabilem autem prescriptionem certum utriusque juris principium est, titulum non desiderari, cum ex tanto tempore, cuius non extat memoria, non solum praesumatur titulus, & iure ipso constituitur, l. hoc iure, §. dicitur, Dig. de aqua quodvis, & in ea tituli probatio, imo nec allegatio necessaria est, iuxta textum ita intelligendum in c. 1. de prescrip. lib. 6. Unde illud discrimen notandum est inter prescriptionem immemorabilem, & quadragenariam, quod in immemorabili necessarius non est titulus; in prescriptione autem 40. annorum catenus dumtaxat desideratur, quatenus bonam fidem praestet praescribenti. Docet Altertera in praesenti.

Sed supra traditis obstat textus in leg. 3. Dig. pro donato, in qua docetur, quod si vir constanter matrimonio donaverit uxori, usufructu rei donatae procedit: atqui donatio inter vi- rum, & uxorem improba est, l. 1. c. 2. Dig. de donat. inter. Titulus

\* Titulus debet esse verus.



Igitur ex titulo improbo, & nullo procedit ufucapio. Accedit textus in l. 1. §. si vir, ff. pro donato, ubi in eadem specie asseritur, non procedere ufucapionem. Pro cuius difficultatis solutione, omittis traditis a Cujacio in d. l. 3. & lib. 18. observ. c. 15. Hothoman. lib. 12. obs. c. 17. Gilkenio de preser. p. 2. membr. 1. c. 18. n. 10. Menchaca lib. 2. illustr. c. 79. distinguendi sunt duo casus. Primus contingit quando maritus rem propriam uxori suae donavit, si enim velit illam ufucapere constante matrimonio, vel divortio secuto, non potest, quia est rem possideat, l. 1. §. si vir uxori, ff. de acquir. possell. tamen possidet ex improba causa, injustoque titulo. Secundus casus evenit, quando maritus rem alienam donavit: quo casu cum non reddatur pauperio, donatio subsistit, l. si sponsus 5. §. si quis, l. de fructibus 15. ff. de donat. inter: & tunc procedit ufucapio ex titulo valido: unde confestim ac mulier possessionem accepit, illico ufucapere cepit, quia habuit titulum valitur donationis post mortem mariti: & quamvis ipsa opinetur contra, in hoc casu veritas praevalet opinioni, l. 2. §. si a pupillo, ff. pro emptore: docent post Duranem Fabrum, & alios Quilad. ad Donel. lib. 5. c. 6. litt. S. & c. 14. litt. B. Valencia lib. 1. illustr. v. 2. c. 7. Gentilis de donat. inter, lib. 2. c. 29. Afm. in rubr. C. de usus, pro empt. n. 222. quo modo etiam intelligitur textus in l. si inter 24. l. sed & si 25. l. si exsternus 44. ff. de donat. inter, D. Joseph de Retes ad leg. Attin. n. ....

Secundo opponi potest textus in l. mandatum 57. Dig. mandati, ubi cum mandatum de servis emendis finitum esset, & postea venditio celebrata, docetur servos ita emptos ufucapi posse: sed in ea specie nulla fuit venditio: igitur absque titulo procedere potest ufucapio. Pro cuius textus expositione, omittis aliis difficultatibus, quas proponunt, & exponunt Cujacius

ibi, Gothofredus lib. singul. animadv. c. 11. D. Josephus de Retes ad leg. Attin. ex num. 18. dicendum est; in eo textu non procedere ufucapionem ex titulo pro emptore, quia nulla venditio fuit; sed ex titulo putativo pro suo, qui nascitur ex errore iusto facti, quem emptores habuerunt, ut in l. 2. §. si a pupillo, ff. pro empt. docuit Retes ubi proxime num. 20.

Etiam supra traditis obstat textus in l. sed pupillus 11. §. ult. ff. de instit. arb. ubi ex venditione inter dominum, & servum celebrata, datur causa ufucapiendi, etsi venditio nulla fuisset, ut patet ex illis verbis: Licet dominus non sit obligatus; & ex eo, nam emptio est contractus utroque obligatorius, l. Labeo 14. ff. de v. s. & dominus servo suo obligari non potest, l. neque servus 41. ff. de penul. & nihilominus procedit in eo textu ufucapio. Igitur absque titulo, & cum injusta causa possidendi ufucapio dari potest. Pro cuius difficultatis solutione cum Alberico, & Antonio Fabro in eodem distinguendum est inter contractus a jure civili inventos, & inter illos, qui a jure gentium procedunt: ex primis enim nulla nascitur obligatio, quia quod attinet ad jus civile, servus personam non habet, l. quod 32. ff. de R. J. & per consequens nec titulus ex tali contractu dari potest; ex secundis vero obligationibus, quia dominus servo obstringi potest, l. si id quod 64. ff. de condit. indeb. iusta causa ad ufucapiendum nascitur. Unde cum emptio sit contractus juris gentium, l. ex hoc 5. ff. de iust. & iure, recte Ulpianus in d. §. ult. docet dominum, qui a servo officinae, seu tabernae praeposito merces alienas accepit, exstimas illius, qui eum praeposuit esse, titulo pro emptore ufucapere posse, quia emptio naturaliter valet: quod expressit Constantinus in illis verbis, „ Nam cum dominus a servo emit, „ est emptio, licet non sit dominus obligatus. „

Intelligitur l. mandatum 57. ff. mandati.

C A P U T X V I I I.

a Idem Lucan. Episcopo.

CUM olim, frater Episcopo, cum dil. fil. Abbate, & monachis sancti b Salvatoris de Fichico super plebe de Salamazan, & adjacentibus capellis ipsius in nostra praesentia litigando, institutionem in eis, & alia ad jus Episcopale spectantia vindicantes, ad fundandam intentionem tuam jus commune principaliter allegabas, cuius auctoritate dicebas, universa spiritualia in praedictis locis, quae sunt in tua dioecesi constituta, ad te tanquam ad dioecesanum pertinere: d arbitrium praeterea super hoc promulgatum a bonae memoriae e Pistorini Episcopo, & Archiepiscopo, ac f Primitivo Lucano a partibus electis allegans, quod ab utraque parte fuerat communiter approbatum. Et infra: Ad elidendam autem intentionem tuam Abbas praedictus felicitis rec. g Gregorii VII. Papae praedecessoris nostri privilegium exhibuit, quod praedictum arbitrium multo videbatur tempore praecedisse, per quod tam Fichicenses monasterium, quam plebs, & capellae praedictae videbantur libertate donatae. Et infra: Alioquod tam Fichicenses monasterium, Urbani scilicet, Paschalis, Calixti, Eugenii, Hadriani, Alexandri, & Lucii dictus Abbas privilegium utebatur, scilicet arbitrium promulgatum obtentis: quae libertatis sibi privilegia concedere videbantur. Et infra: Nos igitur his, & aliis quae coram nobis utrimque fuerunt proposita, perspicaciter intelleximus, quia praedictus Abbas sufficienter ostendit, monasterium suum super institutionibus, & ordinationibus Plebani, & clericorum, Baptismo, & poenitentia in levioribus calpis, sepultura, decimarum perceptione, ac divinis officiis celebrandis, tam in plebe, quam in capellis etiam praedictis, in excommunicando, atque interdicens, & etiam absolvendo legitima praescriptione munitum, Abbatem ipsum ab impetitione tua super praedictis articulis de consilio f. n. duximus i absolvendum, super illis tibi perpetuum silentium imponendo: super aliis omnibus, quae ad jus Episcopale spectare noscuntur, juxta tenorem arbitrii eundem Abbatem, quoad plebem, & capellas praedictas, sententialiter condemnantes.

N O T A E.

a Lucan.) Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 8. De Ecclesia Lucanensi nonnulla notavi in c. 27. de elect. Roberto eius Ecclesiae Praesuli missa est praesens decisio, quia omnia privilegia suae Ecclesiae iterata libertate confirmare curavit, ut refert Ughell. tom. 1. Ital. sac. in ipsa Ecclesia, num. 60.

b Sancti Salvatoris.) Quod monasterium Ordinis est Vallis Umbrosae, in dioecesi Pistoriensi, ut refert Tamburinus in serie Abbatum, verbo Pistoriensi.

c Communis.) De quo in cap. omnia basilicae, 16. q. 7. & aliis juris locis congestis a Crespetio in summa verbo Basilicae.

d Arbitrium.) Quatenus in praesenti specie compromissum super exemptione monasterii factum sustineri poterit, exposui in c. cum tempore, de arbitrio.

e Pistoriensi.) Solredo, vel ut alii volunt, Ofredo, qui fuit 23. Praesul Ecclesiae Pistoriensis, ut refert Ughell. tom. 3. Italiae sacrae, in ead. Eccl. num. 23. fol. 879. n. 58. g Gregorii VII.) Cuius partem refert Ypes in chron. D. Benediti, tom. 5. in append. fol. 473.

h Destinationibus.) Non recte Cujacius delituere pro exactorare accepit in c. cum non liceat 12. hoc nihil, nam potestas exactorandi, seu degradandi presbyterum, praescriptione quaerari non potest, quia non solum continet actum jurisdictionis,

verum etiam ordinis ab ipsa consecratione Episcopi dependentis, ut agnovit Glossa in c. transmissa, verbo De salibus, de elect. accipitur enim delituere in praesenti pro deponere, non ab ordine, sed a beneficio, aut dignitate: quae depositio delinquenti clerico a tempore institutionis competebat, ut in c. sine de celeb. Missar. c. necedus, 50. dist. 4. notimus, de v. s. docent P. Gregorius lib. 31. synag. c. 30. n. 1. Carol. de Grassis de effectib. clerici effecti 1. a. n. 815. Moneta de dist. quot. q. 17. n. 1. quae depositio, seu delitium, cum sit sententia quadam, & nihil aliud in se continet, quam actum solius jurisdictionis, ut refert Marius Alterius de consur. tom. 2. dist. 2. c. 7. vers. Quoniam, & ea quae sunt jurisdictionis, praescribi possunt, juxta vulgo notata in c. irrefragabili, §. excessus de offic. iudicis ord. c. cum constituit, de foro comp. c. super 26. §. praeterea, de v. s. l. fin. C. de sacros. Eccl. l. 1. titul. 17. lib. 4. resp. ideo potestas haec detinendi ab Abbate, & monachis praescriptione quaeri valet.

i Absolvendum.) Casus ita contingit, Episcopus Lucanensis jura Episcopalia sibi jure communi ex lege dioecelana debita requirebat, atque etiam ex quadam sententia arbitratorum se dicta contra Abbatem Sancti Salvatoris, qui se tuebatur quodam privilegio Gregorii VII. aare praedictam arbitrorum sententiam prolatam concessit, & aliis etiam privilegiis Romanae Ecclesiae, necnon quadragesima praescriptione contra Episcopum legitime praescripita: quibus omnibus perpensis Innocentius decrevit Episcopum non esse audiendum in his juri- bus Episcopalibus, quae Abbas probavit legitime praescripsisse. Quatenus autem jura Episcopalia praescribi possint, jam exposui in c. de quarta, c. ad natus, hoc tit.

C A P U T X I X.

a Idem b Colocen. electo, & de Sokwardien. & Sekudavor. Cisterciens. Ordinis Abbatib. c. Quinqueeclesien. dioecesis.

Veniens ad praesentiam nostram dilectus filius Abbas S. Martini de d Pannonia, sua nobis conquestione monstravit, quod ven. f. n. e Vesprinens. Episcopus f conditionales homines, qui certa ei servitia exhibent, exemit a praesentatione integra decimarum, & eos, cum jurisdictionem in ipsos habeat, ad solvendas integre sibi praedictas decimas, & ad satisfaciendum congrue de subtractis, Pontificali auctoritate non cogit, praesare sibi recusans consilium, & auxilium in expensis, & aliis contra filivestres homines in extremis praedictae parochiae finibus commorantes, qui se a solutione subtrahunt decimarum. Quare humiliter postulabat, ut ne id de cetero idem Episcopus attentaret, injungere sibi auctoritate Apostolica dignaremur. Petebat insuper, quod idem Episcopus sacerdotibus illius parochiae inhereret, ne quosdam homines sibi, prout tenentur, decimas non solventes, servili conditione falso ad suam executionem objecta; & ne g pulsatores, & exequiales in eodem articulo delinquentes recipiant ad divina, vel ab eis percipiant partem aliquam decimarum, ipsi de subtractis satisfactionem congruam impendentes. Humiliter supplicans, ut hoc per delegatos a nobis judices fieri mandaremus, si dictus Episcopus id efficere non curaret, compellentes eundem ad satisfactionem congruam praedictorum, si auctoritate sua dicti capellani hoc praesumentem attentare. Postulabat praeterea, quod idem Episcopus parochianos capellarum suarum in jure spirituali, & quarta decimarum recipi ad capellas alias non permittat, satisfaciens de subtractis eisdem, si aliquid est in hoc haecenus ipsius auctoritate praesumptum. Alioquin a suis sibi faciat capellanis super his satisfaciendum congruam exhiberi: & ne de parochianis dubitatio aliqua orietur, sic petit distinguendo. Ut parochianos de villis Fayz, & de Gurbei, a capella Thapey non subtrahat Episcopus memoratus. Parochianos autem de praedio Dominici de Mogh, & de Uduvornicis Regis, & de villa illorum, qui dant Regi Marqium, a capella de Porcorum custodia non subducant. Inhibens sacerdotibus, ne recipiant b capetas aliquas, vel cubulos vini a Regis, vel Regine conditionalibus, qui vulgo Regales servi vocantur, ab ipso ea recipi permittent, cogens insuper Regis Sagittarios, & Bissenos ad decimas integre persolvendas. Petit etiam postmodum, & humiliter postulavit, ut memoratus Episcopus non impediat, vel faciat impediri, quominus omnes, qui in Simigien. parochia, vel i Comitatu consistunt, de omnibus, quae possident, decimas integras sibi solvant, sicut plene in privilegiis felicitis memoriae Paschalis Papae, & S. Regis j Stephani continetur. Praesatus vero Episcopus in nostra praesentia constitutus e contrario postulavit, ut decimas Simigien. Comitatus infra suae dioecesis terminos consistentes, quas detinet idem Abbas, sibi restitui faceremus, nisi dictus Abbas aliquo speciali jure se ipsas jure possidere monstraret: mandantes ipsum per eundem Abbatem, cum dictum Comitatum visitat, in suis Ecclesiis procurari. Petebat insuper, deputatam l quartam fabricae sibi restitui ad Ecclesiam reparandas, Capellas in villa Subulcorum, & S. Ladislai de Figoi destrui postulas, tanquam sine m auctoritate, ac consensu Episcopi dioecelani constructas: & petens Ecclesiam de Keurishyg, in qua sibi dictus Abbas spiritualium jurisdictionem usurpat; Ecclesiam etiam de Thapey, in cujus possessione ipsum fuisse idem Abbas confessus fuerat, repetebat, Reconciliationes etiam n penitentium, & ordinationes clericorum ad se afferens pertinere, humiliter postulabat, ut Christina, o Oleum sanctum, & alia Ecclesiastica Sacramenta capellani, & homines S. Martini in Vesprinens. dioec. constituti, ab eo tanquam a suo dioecelano perciperent, sibi cognitiones causarum p spiritualium relinquendo. Nos autem intellectus per ven. f. n. q Hug. Hostien. Episcopum, quem partibus concessimus audire, quae proposita fuerant coram eo, objectiones propositas ab Episcopo contra privilegia praedictorum Paschalis Papae, ac S. Regis Stephani, quibus Abbas sufficienter respondit, invalidas esse decrevimus, ut eis non obstantibus privilegia ipsa valida repentur, si authenticum praedicti Regis tale reperit fuerit, quale nobis rescriptum ipsius sub bulla charissimam in Christo filii nostri N. Hungarorum Regis Illustris extitit praesentatum: quantum tamen ad fundandam intentionem Abbatis praedicti, opportuno tempore decernemus. Interim autem nihil circa statum monasterii, secundum perceptionem decimarum, quam idem monasterium possidet, immutetur. Christina vero, oleum sanctum, consecrationes altarium, seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, clerici Ecclesiarum, vel capellarum ipsius monasterii, quae sunt in Vesprinensi dioec. constituta, a Vesprinensi Episcopo postulabunt, si quidem r Catholicus fuerit, & gratiam, atque communionem Apostolicae Sedis habuerit, & ea gratis, & sine pravitate aliqua voluerit exhibere. Alioquin ab alio, quem maluerit, Catholicus Praesule suscipiendi ea liberam habeant facultatem, sicut privilegiis praedicti Paschalis, & bonae memoriae Alexandri Papae praedecessorum nostrorum perpessus contineri. Non obstante privilegio felicitis memoriae Clementis Papae, qui mentionem non fecit de praedictis praedecessorum privilegiis, sed de privilegio S. Stephani Regis, cui quantum ad hoc capitulum per saepatos Romanos Pontifices extitit derogatum. Praesertim cum ipse Clemens privilegium illud concesserit, falsis institutionibus non solum Romanae Ecclesiae, sed ipsius etiam Legatorum. Nec obstante praescriptione, quam idem Abbas in suum subsidium opponebat, quia si consummata erat praescriptio, quando Abbas S. Martini ab Alexandro Papa privilegium impetravit, juri praescriptionis renunsiavisse videtur. Praesertim cum coram nobis privilegium illo sit usum, quod sua intentioni quantum ad hunc articulum contradicit. Si vero nondum consummavisset praescriptionem, sed erat in praescribendo, propter impetratum hujusmodi privilegium bonam fidem non habuit; & ideo secundum canones non praescripuit. Ceterum interdicos, vel excommunicatos Vesprinensis Episcopi praedicti clerici student evitare, ac parochianos Ecclesiarum ad eundem Episcopum pertinentes, contra voluntatem ipsius ad divina officia non recipiant, nec illis impendant Ecclesiastica Sacramenta. Super ceteris autem, quia nobis non potuit fieri plena fides, per Apostolica vobis scripta mandamus, quatenus recipiatis testes, quos partes duxerint producendos, & tam attestaciones, quam alias probationes earum fideliter redigatis in scriptis, casque nobis sub vestris sigillis dirigere procuretis, praesentibus eis terminum competentem; quo cum ipsis nostro te confesui representent, sententiam auctore Domino recepturae. Testes: autem, qui ab utraque parte fuerint nominati, si fe gratia, odio, vel timore subtraxerint, per censuram Ecclesiasticam, cessante appellatione cogatis veritati testimonium perhibere. Nullis literis obstantibus praeter assensum partium a Sede Apost. imperatis. Quod si non omnes, & c. duo vestrum nihilominus exequantur. Datum Later. v. Non. Martii, Pont. N. anno xv.

N O T A E.

a Idem.) In hac collectione, & in quarta, sub tit. de preser. c. 1. tantum legitur Idem. Sed restituenda est inscriptio hujus textus, & ejus littera supplenda ex regestio epistoliarum Innocentii III. edito a Bolquetto lib. 3. regest. 15. epist. 7. ubi reperitur textus hic.

b Colocen. electo.) Idem non confirmato, nec consecrato; de quo Praesule nonnulla notavi in capitulo 4. de postul. Praesul. c. Quinqueeclesien.) De dioecesi Quinqueeclesien. Hungar. d. S. Martini de Pannonia.) Monasterium hoc S. Martini erat Ordinis D. Benedicti in Vesprinensi dioec. Hungariae; a Stephano I. Protochristiano Rege Hungarorum constructum; ubi disciplina monastica magno opere observabatur, de quo agunt Charitatus Episcopus in vita ipsius Stephani, apud Sarium tom. 4. die 20. Augusti, Bonini decem. 11. lib. 1. rerum Hungar. Ypes 10. §. chron. D. Benedicti, tom. 6. c. 2. per tot. & exemptum D. D. Colocen. in Decretal. Tom. II.

fuit ab omni jurisdictione, ut constat ex privilegio statim referendo; & tandem Innocentius III. illud accepit sub protectione Sedis Apostolicae lib. 1. regest. 13. ep. 200. ibi: (Cum a nobis petitur quod iustum est, & honestum, tam vigor aequitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum reducat effectum. Ea propter dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras, & Simig. monasterium, in quo divino estis obsequio mancipati, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & praesentis scripti patrocinio communitimus. Libertates, & immunitates a Regibus, & Principibus monasterio vestro concessas: dignitates quoque, ac antiquas, & rationabiles consuetudines obtentas, & haecenus observatas, auctoritate vobis Apostolica confirmantes. Ad indicium autem huius nostrae protectionis, & confirmationis perceptae, fortiter auri gratis oblatum, nobis, & successoribus nostris annis singulis persolvatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae protectionis, & confirmationis infringere, vel ei ausu



